

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Epistolarvm [epistolarum] D. Philippi Melanchthonis Farrago

Melanchthon, Philipp

Basileae, 1565

VD16 -M3220

Reuerendo uiro, egregia pietate & doctrina praedito, D. magistro Ioanni
Snegio, pastori ecclesiae Heidensis in Ditmarsia, amico suo, S. D.

[urn:nbn:de:bsz:31-312770](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-312770)

Reuerendo uiro, egregia pietate & doctrina prædito, D. magistro Ioanni Snegio, pastori Ecclesiæ Heidenfis in Ditmarsia, amico suo,

S. D.

Reuerende domine Pastor. Ex literis ad magistrum Ioannem Turstenium misis intelleximus, eum ad docendam Ecclesiam istuc accersi. Cum autem Turstenius promiserit se seruiturum Ecclesie in hac urbe, & studia eius iuuentur stipendio à Duce Saxonie: nos comperimus, Turstenium nõ posse hoc tempore hinc migrare. Quia uerò cupiebamus Ecclesie uestræ consulere hoc nostro iudicio, sumus hortatores magistro Ioãni Anglo, ut ad uos proficisceretur. Vir est eruditus hic magister Ioannes Angelus, & rectè sentiens de doctrina Ecclesie Christi, nec ullis prauis opinionibus infectus. Etsi mus cum magna ingenij dexteritate præditus esse, quam ornate honestissimis moribus. & cum sit pacis publicæ studiosissimus, erit in collegarum concordia diligens. Propter has egregias uirtutes, speramus eum utiliter seruiturum Ecclesie Dei, ubicunq; concionabitur. Hoc ipso tempore in hac uicinia inuitabatur ad cuiusdam Ecclesie gubernationem. Sed tranquillitatis causa ad uos proficisci maluit. Pronunciationi aliquid condonabitis inuito, quam tamè cõsuetudo cum uestris hominibus emendabit.

dabit. Nostro et N. cōsilio perpulsus est, ut hoc iter susciperet. Et nos bono & simplici studio propter utilitatem uestræ Ecclesiæ ad hoc iter eum hortati sumus. Anglus est, sed inter Germanos diu uixit, & iusticia & fide & constantia in omni officio tanta præditus, ut dignus sit, quem omnes boni ament & adiuuent. Quare te etiam atq; etiam oramus propter Christum filium Dei, ut hunc hospitum amanter complecti, & tuis ciuibus commẽdare uelis, ut ei functionem Ecclesiasticam commendent. Plurimum prodest in Ecclesijs, concordese collegas. Id cum optimè intelligat hic Ioannes, & cum ipse natura sit amans pacis, summo studio tecum communem tranquillitatem tuebitur. Maxime igitur tibi optandum est, ut talem collegam habeas. Bene uale: die 18 Septembris, 1543.

D. Valentino pastori Ecclesiæ Dei in Dobbell, Philippus Melanchthon

S. D.

Venerande uir: Deum æternum patrem Domini nostri Iesu Christi, conditorem generis humani & Ecclesiæ suæ, oro, ut idoneos ministros in messem suam extrudat: sicut nos petere filius Dei iussit. Nos etiam conferamus cōsilia in querendis idoneis uiris, qui & doctrinam reeclẽ teneant, & modesti sint. Quare cum ad me scripsisset uir ueneran-

no 3 dus